feritione cum omnibus conditionibus cassat mortificat ac de bonis praedictis iam ex nunc ipsi condescendit aeternis temporibus sibi et suis posteris nomine praemisso aeternum silentium imponendo aeternum parti sua recognitione mediante.

## Vissoczanski et Blazowski.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus nobilis Andreas Michalkowicz Wissoczanski ex iure a suo foro proprio parti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum praesentem attinet incorporando sanus mente et corpore existens parte ultro ac per expressum recognovit. Quia nobili Ignatho
1861 Iwankowicz Blazowski et eius successoribus summam octuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis debiti certi atque mutuati praetextu tenetur. Quamquidem summam se cum successoribus obligat et inscribit eidem creditori suo vel eius posteris hinc pro die Dominico Festi Sacri Pentecostes proxime venturo circa officium praesens et acta praesentia plenarie ac in effectu dare solvere reponere relinquere non exsidendo neque quovismodo arrestare sub vadio similis summae octuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis ad solvendum succumbendo ac in summa essentiali videlicet centum sexaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis convertendo ipsaque summa essentialis cum vadio iuncta in bonis eiusdem recognoscentis omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus ac immobilibus extendetur. Caeterum idem recognoscens se cum suis posteris in bonis suis omnibus praefatis eidem creditori suo ac posteris illius inscribit praesentem inscriptionem ex libris actis castrensibus ad acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transportare sub vadio octuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis



nicalis quaquidem summa essentiali cum vadio iuncta tamen vadio ob non transportationem inscriptionis succumbendo, quos si idem debitor cum successoribus suis praedicto creditori suo vel eius posteris citare praemiserit tunc iure a foro suo proprio coram officio praesenti in primo citationis termino tanquam peremptorio acri parere et inscriptioni praesenti totis quibus opus fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur omnia terminum primum ac alios consequentes nullis modis collationibus motionibus appellationibus ac caeteris prosequutionibus, evasionibus praescriptionibus fatalibus iuris suspensionibus poenis trium et ter trium marcarum dilationibus adiunctionis ac legalibus quibusvis impedimentis differendo et evadendo imo cum successoribus omnibus iuris remediis abrenunciantes sibi et eorum successorum sub amissione totius causae nulla in praemissis iuris praescriptione obstante.

## Blazowski recedit a processu iudiciario Wiszoczanskii intentato.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus nobilis Ignathko Iwankowicz Blazowski ex iure a suo foro proprio parti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad infracta attinet incorporando sanus mente et corpore existens parte ultro ac per expressum recognovit. Quod a toto processu seu progressu iudiciario per se nobili Andreae Michalkowicz Wissoczanski tam in iudicio spirituali Ritus Graeci coram Reverendo Antonio Radilowski Episcopo ritus graeci Premisliensi et Samboriensi quam etiam Terrestri Premisliensi occasione quarumcunque rerum intentato, in quocunque gradu iudicii [illegible] iam ex nunc ex vi certae concordiae [illegible] praemissorum facti recedit [illegible] de praemissis [illegible]

eiusdemque proinde seu processu iudiciario in iudicio praedict.. ..nitentur cum omnibus conditionibus cassat et morti..
ficat perpetuo sibi et suis posteris vero praemissorum silen..
cium aeternum imponendo.

## Iezierski quietat Fredro.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren.. Premisliensibus nobilis Adam Iezierski uno a suo foro proprio praesenti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad infrascripta attinet incorporando sarmus [?] mea.. ..dictorum porrectus praesentium ultro ac per expressum recognovit. Quod a Generoso Ioanne Fredro summam Ducentorum florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis sibi per eum actis praesentibus Castren.. Premisliensibus ad solvendum inscriptam recepit et levavit, idcirco eundem et successores illius de eadem summa quietat ac ipsam inscriptionem super eandem summam factam cum omnibus con..
ditionibus cassat et mortificat aeternis temporibus sibi et suis posteris vero praemissorum silentium imponendo aeternum praesentis recognitionis mediante.

## Terleczki obligat alteri.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren.. Premisliensibus nobilis Paulus Maximowicz Terleczki re..
cedendo a terris et actibus iure ac foro suis quibusuis propriis praesenti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum et effectum inscriptionis praesentis attinet incorporando sarmus [?] meam et corporaliter existens praesentes ultro ac per expres..
sum recognovit. Quia bona sua heredidaria totalem medietatem sortis suae hereditariae in villa Terlo Lubochowo no..
minatam [?] et Bezwinie [?] villa, Excepto tantum Curia molen..
dino et piscina atque horto quae pro se reservat ac suis



successoribus cum omni iure suo dominio et proprietate omnibusque eiusdem bonorum sortium praefatarum attinentiis pertinentiis fructibus cen..
sibus proventibus ac utilitatibus quibusvis universis nullis exceptis et exclusis ita late longe et circumferencialiter prout eadem bonorum sortium praefatarum hereditatis in suis metis et limitibus continetur nihil ibique pro se et suis poste..
ris reservando verum prout solus tenuit habuit et in praesente..
rum possedit iam ex nunc Nobili Hriczko Iwankowicz Terleczki et eius successoribus in summa Septuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis hinc ad festum nativitatis Christi Domini proximum, et in defectum tunc exemptionis ad aliud simile festum et sic consequenter de anno ad an..
num usque ad exemptionem ac summae praedictae omnimodam solutionem obligat invadiat et modo obligatorio inscribit dat et admittit eique ac posteris illius iam ex nunc coram officio praesenti in bona praedicta sortium praefatarum realem intromi..
ssionem et actualem pacificamque possessionem. Ac in bonis ipsius sortis dictae interim dum eandem per nominatam quem..
cunque et nobilem Carpiet [?] admissurum se cum successoribus inscribit et obligat sub vadio Septuaginta florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis. Et a praesentibus dominus mediante reali intromissione et actuali possessione per eundem obligatarium ac successores illius bona sortis suprascriptae in summa praeex..
pressa tenendum habendum possidendum ad festum supradictum et in defectum exemptionis de anno ad annum usque ad exemptio..
nem et summae praedictae solutionem, inscribitque se idem obligans in bonis suis praedictis aliisque omnibus hereditariis cum successoribus suis eundem obligatarium ac successores illius in bonis praedictis et occasione eorundem ab omni impeticione iuridica quarum..
vis personarum sexus utriusque cum inscriptionibus inge..